

In quot miserias, in quot morbos, in quot deniq mortis mi-
 feros mortales, in hoc miseriarum pelago constitutos aqua
 inducerit, quis enarrare sufficiat, ad exedras pergamus re-
 giones, ad Arcades, qui uel pastores, aut uenatores, siue mi-
 lites sunt, quod genera hominum in primis potu indigere
 quis est qui ignoret? at quales, aut quas potare potare-
 aquas coguntur, profecto tales, quæ probrinus haurientes
 interimunt, et quibus aquarum fontibus nobilissima
 stagnat Bactiorum regio? puteos hic inuenies, quibus
 ad conseruandam ualitudinem exigua est uirtus, ad de-
 struendam uero plurimum uirus. Perfidiam aestuantissimis
 solis ardentibus e regione obiectam quid memorem?
 adeo sanitati obnoxia lymphæ hanc Terram inundant,
 ut si quis eas uia primoribus labijs deguset, uentris
 profluum, grande profecto malum, patiatur, putas
 quid scieret? si pleno ore quis hauriret, seseq ingurgita-
 ret? at fortasse salubriores falias propinabit Polonia
 fecundissimus totius Europæ Paradysus, at nihil ex omni
 parte beatam, nam et Luna eclipsin patitur, quin ipse
 Sol splendidissimus mundi oculus suos habet nauos,
 quæ ergo tam felix, tam beata regio aquis carere
 mortiferis gloriari potest? Hybernia, tales in illis region-
 bus scaturiunt undæ quibus uia gustatis, non tam
 sitim, quam uitam extinguunt, forte his carebit